

Albert Willebrand

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandus, U.I.D. & Cod. Professor, Ad Exequias, Quas ... Virginculae elegantissimae Margaretae Elisabethae Stockmanniae, Moestissimi Parentes, Hodierna ... solenniter adornabunt Omnes omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat

Rostochii: Kilius, 1670

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776806408>


Druck Freier  Zugang




Willebrand, A.

in M. E. Stockmann.

Rostock, 1670.





PROGRAMMA

^{Quo}
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS VVIL-
LEBRANDUS,



H. J. D. & Cod. Professor

Ad Exequias

Quas

*est mellitissima infanti Virguncula
elegantissima*

MARGARETÆ
ELISABETHÆ
STOCKMANNIÆ,

Mœstissimi Parentes,

*Hodiernâ horâ primâ in D. Jacobi Aede
solemniter adornabunt*

Omnes omnium Ordinum Cives Acade-
micos diligenter ac officiosè
invitat

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr. Anno 1670.



Riplex, juxta Hispalensem
Epi/copum Isidorum, mortis est
genus: Alia ACERBA mors di-
ciitur, IMMATURA alia, alia
MATURA, id est, naturalis; In-
fantium illa est, juvenum ista,
haec Senum: Arborum ad fru-
ctus vir illustris respexit, qui
ACERBI dici possunt,
cum crudi adhuc nimis atq; in-

cocti; IMMATURI, cum praeter temporis sui modum propera-
ta; MATURI vero, ubi non erudi & immites sunt, sed suo
tempore adulti; Maturam ergo SENUM dicit mortem & natu-
ralem, quod his animam e corpore quasi sua manu natura, vi-
tali calore paulatim extincto, molliter educat: immaturam
ADOLESCENTUM, quod hi ante illum diem, ad quem per na-
turam pervenire licuisset, vitam quasi praecipites amittant;
acerba INFANTUM, quod ab ipso ortu adhuc recentes, & quasi
erudi, rursus statim emoriantur & occidant. Nudius quar-
tus in maturi obitus Studiosi, qui occidit aetatis medio sub flo-
re virilis, exemplar habuimus & exequiis prosecuti sumus:
Pupa hodie, Lactis adhuc alumna, acerbissima mortis spicu-
lis extincta terra mandanda erit: Ab!

Fine

Vita quid est hominum? veluti flos, bulla recedit,
Et quid nos omnes? pulvis & umbra sumus,
nascimur ut rursus mox demascamur, & ultra
prescriptum vita vivere nemo potest.

Rectè Euripides apud Cicer. Lib. 3. Tusc. quest.
Reddenda est terra terra, tum vita omnibus
metenda, ut fruges, sic jubet necessitas:

Hac pueri atq; senes pariter, juvenesq; feruntur,
Hac par divitibus pauper egenus erit.

Quare mortem dici volunt à morsu primi hominis, qui per
esum pomi mortem incurris Car: in Clem: 2. ut lite pend:
Joan. Bertachinus in suo repertor: & tam variè eam in
mundum induxit. Nam

Omnibus est eadem leti vis: non tamen unus
Est vita cunctis exitus atq; modus.

Dixerit a. quis, pra aliis, tam teneriorum infantum mortes
cum aliqua vi atq; injuria conjunctas esse, quasi ejiciantur
magis è vita, quàm evocentur, ideòq; licet rectè ille plautinus
pleusides, liberos procreare lepidissimum esse, dicat, quis e-
nim non libenter sui similem videt? tamen sapius ita res fe-
runt, ut praestet nunquam fuisse patrem aut avum: Si enim
intercideret casus, quo adimatür quod procreatum à nobis fuit,
eò vehementior dolor ac gravior est, quò plures amandi atq;
gaudendi causas videmur nobis perdidisse: Id quod in hoc su-
nere verè acerbissimo mellitissima pariter ac suavissima vir-
guncule MARGARETÆ ELISABETHÆ STOCMANNIA-
NÆ parentibus aq; ac Avis obvenisse, nemo nisi Tigride e-
ducatus insitiabitur: Dum autem hoc ipsum graphacè & piè,
inter paternas imò avitas lacrymas, cum Beatissima animu-
la pro-

le profapia, exprefferit & depinxerit Vir admodum Reve-
rendus ampliffimus D. AUGUSTUS VARENIUS, Theol.
Profefi. famigeratiffimus, Amicus & Compater nofter
piur: honorandus & amandus, nolo acta agere, fed
benignis veftris oculis ea hifce fubjicere:

Ita, dum Rosarum præfens tempus fuperbit & ma-
gis atque magis, nobis domi, vel in ipfo limine vitæ
delicatiffimus flos Rosæ marcefcit, cujus cum plus vi-
ce fimplici, in illâ ipsâ Rosæ cadenti fimilimâ vitæ te-
nellæ fugacitate, non Parentes folùm amantiffimof
fed & Avum me, meamque CHARITATEM Aviam,
mœftiffimos, mirificè affecerit, venufitas pariter ac fra-
grantia, inque præcipuis mihi Avo delitiis, ex amplexi-
bus blandiffimis, & quod eandem fagro de fonte rena-
tam levarim, fuerit, non potui non, quousque per
mœrorem partim ingentem, partim per occupatio-
nes, inter rara curarum laborumque laxamenta, li-
cuit, teftando fupremo honori, amorique, breviffimâ
commentatione,

& tumulum facere & tumulo fuperaddere carmen,
de cetero, affectu magis illorum, qui experti funt,
quod defcendat amor, quàm verbis dolorem exifti-
mandum relinquens. Nata eft (vaviffima, nunc quo-
que beatiffima neptis anno fuperiori clis Idc LXIX.
die XI. Junii hor. 5. matutinâ, eâdemque die per lava-
crum regenerationis cœlitus renata, nomen accepit
MARGARETÆ ELISABET. Patrem habuit
PAULUM JOACHIMUM STOCKMANNUM
Doctorem Medicum & Practicum experientiffimum,
Matrem **ANNAM MARGARETAM VARENIAM,**
Avum Paternum, **JOACHIMUM STOCKMAN-**
NUM

NUM, Philos. ac Medic. Doctorem, Physicæ, in de-
artis Medicæ, Professorem, Facultatis Medicæ Senio-
rem, nec non Physicum, quem vocant Reipublicæ
celeberrimum, Bonis omnibus, apud quos non exo-
lescit memoria magnorum olim meritorum. etiam
nunc post fata pretiosissimum & venerandum, Aviam
paternam habuit ANNAM TARNOVIAM Ma-
tronam primariam, superiori anno die IX. Martii so-
lennibus exequiis elatam. Proavum paternum à par-
te Avi paterni sortita Beatissima Infaus nostra est M-
ERASMUM STOCKMANNUM, Physices in
hâc Universitate Professorem excellentissimum, Proa-
viam paternam ELISABETAM NENNIAM, Ma-
tronam nobilissimam, Abavum paternum à parte
avi paterni, præmisit Beatissima nostra LAUREN-
TIUM Stockman / Civem & Negotiatorem apud
Hamburgenses primarium & olim florentissimum,
Abavum secundum à parte avi paterni GERHAR-
DUM NENNIUM, Philos. & Medicinæ Doctorem,
non arte solùm Medicâ: sed & Mathematicis scientiis,
undiquaque celeberrimum, & Professorem, magnum
hujus Academiæ olim ornamentum. Proavus
paternus à parte aviæ paternæ, desideratissimæ nostræ
MARGARETÆ ELISABETÆ fuit PAULUS
TARNOVIUS SS. Theol. D. Professor Theologus
ultra 30. annos in hâc Universitate, Serenissimorum
præterea Ducum Consistorii Assessor primarius. Proa-
via paterna à parte Aviæ paternæ fuit Honestissima,
& Laudatissima Matrona ANNA Schulgen / Abavus
paternus à parte Aviæ paternæ JOHANNES TAR-
NOVIUS, Grevismolz, urbis, ab ipsâ Divâ ELISA-
BETA

BETA, incomparabili Principe excellentiss. record.
dotalitijs titulo tunc infessâ, dignatione, presentiaque
conspicuz, Consul prudentissimus. Abavia paterna
â parte aviæ paternæ MAGDALENA Greven / præ-
cipua dignationis femina. Abavus paternus, per proa-
viam paternam ascendendo, fuit J O A C H I M U S
Schulz / Civis Rostochii primarius, Abavia ejusdem
respectus paterni, KUNEGUNDIS Dobbins / ex ve-
tustâ heic Rostochii primariaque olim DOBBINIO-
RUM familiâ nascendi sorte derivata. Avum
maternum osculata inter tripudia sæpius est elegan-
tissima, nunc Cælo recepta, & Beatissima animula, me
AUGUSTUM VARENIUM SS. Theol. Doctorem,
Serenissimorum Ducum Consistorii Assessorem, ejus-
dem h. t. Directorem, & Professorem Theologum
Aviam maternam, non minus blandissimæ neptis pro-
ut jucundissimis basiis mirificè refectam, ita novissi-
mis morborum & mortis, dolorosissimè affectam.
CHARITATEM Gregelz. Proavum maternum â
parte avi materni nunc cæles agnoscit M. HENRI-
CUM VARENIUM, olim in oppido, Ducali sede in-
clyto, cui nomen Hizaccaræ, Pastorem, inde Serenif-
simi Ducis AUGUSTI Ducis Brunsv. & Luneburg.
inclytiss. record. Concionatorem aulicum, novissimè
Ecclesiarum Ultzensis Præpositum, & diocesenarum
Superintendentem vigilantissimum, Proaviam mater-
nam â parte avi materni, Matronam sanctissimam
ANNAM Freders / Abavum maternum â parte avi
materni Cælo nunc exosculatur Angelorum beato-
rumque choris triumphalibus immista Nostra, J O-
HANNEM zum Varen / ex Varenorum in Westpha-
lia Stem-

AT 38

E A

liâ Stemmata etiam nunc apud Hervordienſes vivaci
conſpicioque profatum, Abavum maternum ſecun-
dum à parte avi materni, JOHANNEM FREDE-
RUMSS. Theol. D. ejuſdem in hâc Academiâ Rostochi-
enſi Profefſorem Ducalem, Illuſtriſſimorum Ducum
Conſiſtorii Aſſeſſorem & Circuli Rostochienſis Super-
intendentem fulgidiffimum, Abaviam maternam
MARGARITAM CHYTRÆAM, incomparabilem
olim ſui ſexus Coronam, Atavum maternum DAVI-
DEM CHYTRÆUM, Theologum, Philoſophum,
Hiſtoricum, Oratorem, nullo minorem, Academia
hujus per L. Annos, primarium Lumen, quod ſtrictu-
rus radiosque ſuos uſque ad eò in diſſitas etiam oras
emiſit ejaculatumque eſt, ut non ſolum Conſtantino-
polis & Aſia erudita, cum Viro religionis conſilia par-
ticiparit: ſed & auguſtiſſimæ recordationis Cæſar MA-
XIMILIANUS II. exercitium religionis juxta Au-
guſtanam Confeſſionem, abolitis erroribus, ſuperſti-
tionibus & abuſibus Papalibus conformatæ, Auſtria-
cis & Ungaricis ſubditis glorioſiſſimè permiſſurus,
hunc DAVIDEM CHYTRÆUM, illius reformationis
Moderatorem pium, decorumque futurum, ex hâc
Academiâ in Imperialem Viennam, evocarit, inde
in Auſtriam & Ungariam emiſerit, pulcherrimeque
conſectâ religionis purioris cauſâ non ſine ſplendidif-
ſimo Encomio, lireris ad Divum ULRICUM Ducem
Mekleburgicum immortalis memoriæ principem, &
hanc ipſam Academiam, Imperialibus clementiſſimis
datis, his terris honorificentiffimè prout olim edu-
ctum, ita reductum dederit. Ataviam nunc in Roſis
coeleſtibus intuetur amplectiturque neptis noſtra,
MARGA-

MARGARITAM Schmiedes / Filiam LAUREN-
TIL Schmiedes / Senatoris Rostochiensis primarii,
(cui inter alias prudentiæ & autoritatis, quam obtri-
nuit, laudes, hæc felicitas quoque & haut tenuiter
æstimanda dignitas accessit, quod per tres Filias MAR-
GARETAM, DAVIDIS CHYTRÆI, per AGNE-
TAM, JOACHIMI Frohnen / per REGINAM,
SIMONIS PAULI D. THEOLOGI, & trium adeo
primariæ dignationis Generorum Socer, ac per hos am-
plissimarum familiarum, CHYTRÆORUM, FREDE-
RORUM, CLINGIORUM, HAHNIORUM,
PAULORUM, HEINIORUM propagator fuerit)
Proavum maternum à parte aviæ Maternæ ante se-
ptennium Cælo præeuntem nunc agnoscit Beata pro-
neptis HEINONEM CREGELIUM Philos. Magi-
strum, Ecclesiæ Ulcensis, Pastorem olim ac Præposi-
tum, totiusque Diœceseos Superintendentem vene-
randum, Proaviam maternam à parte aviæ maternæ,
Nobilissimam Matronam MARGARITAM Wil-
helms / Feminam genere, virtute, prudentiaque ful-
gidissimam, septem abhinc annis exiguo post Mari-
tum intervallo Cælo suo redditam, & à latere unice
dilecti solemniter in templo apud Ultzenses prima-
ria collocatam : Abavum maternum à parte aviæ
maternæ Cælo legit Infans nunc Beata, & sermones
Angelicos docta, JOHANNEM Cregel / Consulem
Civitatis Walsrade in Ducatu Brunsv. & Luneb. olim
Amplissimum, Abaviam maternam à parte aviæ ma-
ternæ ELISABETAM Depenbrochs / ex nobilif-
simâ & Generosissimâ prosapiâ, etiam nunc per West-
phaliam, Livoniam, aliasque Provincias insignia no-
menque

menque tenente, Natam, prænominatoque Consuli
solemnibus nuptiis junctam, Abavum maternum à
parte Avix maternæ, HENRICUM Willhelms/
Reip: Illcensis in Ducatu Luneburg. Camerarium, &
Negotiatorem luculentissimum, Abaviam eodem re-
spectu maternam, CATHARINAM Alweins/
ex patriciâ, vetustissimaque & per terras Lüne-
burgicas florentissimâ familiâ der Alwein natam, ful-
gidissimamque olim & honoratissimam Matronam.
Plures evocare necessitas nulla jubet, post luculentas
adeò, seseq; altiùs faciliè ipsis nominibus & familiarum
imaginibus insinuantes & fulgore Majorum, quos ta-
cemus, ostendentes origines. Jam traditione virtu-
tum quidem, quas seculum admiratur, Infanti paren-
tare haut licet. Videt tamen, qui omnia, & æstimat
Infantum virtutes, qui osculatus olim illos in fasciis est
Salvator, & clamavit: *finite parvulos ad me venire, quo-
niam talium est regnum Cælorum*, nec minùs ille dile-
ctionis Discipulus, qui in infantibus agnovit usque
adeò fidem, ut & illis victoriam tribuerit Diaboli &
inferorum: sed & David præco clarissimus, ex ore
lactentium & balbutientium jam parati, imò fundari
Christi regno majestatem testatus: sic ut nec fides, nec
bona opera illi desint ætati renatæ. De quo tamen,
prout & de vestigiis haut obscuris pulcherrimæ indolis
quam auctura erat, post Deum, indefessa tristissimorum
nunc Parentum cura, & nativus virtutis ardor, de
blandissimis venustissimisq; ad conspectum Paren-
tum, Avi, Avixq; insinuationibus commemorare nil
ultra volumus: sed nec de incredibili patientiâ,
quam, silentio, gemitibus, oculis, in cælum inconnivis

B

(ubi

(ubi per intervalla morbi pertinacis licuit) in supremo
in primis agone, ceterisq; signis est restata. De morbo ipso
sic cōmentatus ex arte & avlophia Medicā est, Parens mœ-
tissimus, Gener meus honoratissimus: *Filiola mea dile-*
ctissima die XV. mensis superioris Aprilis cum morbillis consti-
ctari cepit, quos comes excepit mox inflammatio febrilis ve-
berentissima, sine dato ullo, etiam post eruptionem mor-
biliorum, in intervallo, quin illi tenacissima tussis & valida illa
& continua accessit, novissimè quoq; inflammatio faucium
summa cum aliis symptomatibus, quibus tenerum, afflictumq;
imò morbillis sic satis jam exhaustum Corpusculum,
cessit tandem succubuitq;, sic ut frustratis medicamentor-
um, quibus ceteroquē pretiosissimis ex arte oppugnatus
morbus est, virtutibus, ipsa tandem placidissimè inter ad-
stantium preces Die VII. Maji, hora 4. matutinā exspira-
rit, animulamq; sanctam, Deo qui dederat, & Christo quē
redemerat, placidissimè reddiderit. Ita, prout bruma-
lis Sol, vix paucissimarum horarum spatio ostensus
eripitur, beatissima neptis, simul se terris ostendit,
cælum repetit: sed ubi extincta videtur in terris, lu-
cet in cœlis, ipso corpusculo in lucem ventura,
ubi evocabit, qui nunc ascendit Deus in júbilo.

Hæc nepti tibi mostus avus monumenta sacravi.

Dum venit in plausus terra polusq; novos

Corporis exigui tumulo simulacra relinquis.

Mens tenet in cœlo templa dicata DEO.

Angelicis nunc ergo choris Rosa pulchra, supremum

Ante diem nobis non revidenda, VALE!

Percepisti, Cives Academici, vestris meritis & titulis
honoratissimi, non sine animi commotione & singulari cop-
uldeica, Selectissima hujus egregiaq; indolis virguncule,
patriæ matrisq;, avi aviq; deliciarum vitam, mortem & na-
tivitatem; quantaq; festinatione, solutâ corpusculi compagi-
ne, cælo

ne caelo seu sempiterna animula haec reddat a se gloria: Velle-
mus, in gratiam Excellentissimi patris, amici honoratissimi,
& Avi de Academia hac optimè meriti, totiusq; familiae fa-
vorem, preces & vota jungere votis, si liceret & ad hoc profice-
ret, revocare hoc tam nobile caeli depositum, sed frustra foret:
David Rex Deo charissimus, quantas preces sudii pro fi-
lioli sui prolonganda vitâ. At eo, quo animum incende-
rat, nihil minus non obtento, quid aliud potuit, quàm se ipsum
consolari: Nō revertetur, inquit, ad me, sed ego ad eū vadam,
nunquid poterō revocare eum amplius: Idem vos maestissimè
parentes imitabimini: Mortua est filiola vestra? quid
hoc? nobis omnibus moriendum erit, omne enim humanum
genus quodcumq; est, quodcumq; erit, ait ipse Seneca Epist. 22.
mori damnatum est: At mortua est, morte non modo im-
maturâ sed planè acerbâ, antequam rectè vivere incœperat.
Durum, fateor, verum certò jam vivit, imò citra omnem
dubitationis aleam in Abrahami sinu recepta quiescit, &
mundana despicit: quippe quae statim, postquam vidit
hanc lucem, per aquam & Spiritum S. renata, Alboq;
in scripta fidelium, felix animula, redempta Christi sangui-
ne, desponsata fide, dotata Spiritu, deputata cum angelis, eâ
etate, ob gravia delicta & peccata mortalia, fœdere divino
non potuit excidere: Lenite itaq; dolorem & voluntatem
summi patris a quo animo acceptam Christianâ fortitudine
ac patientiâ cum Davide amplexamini: Deus ille, qui vulne-
re & sanat, huic quoq; Vulneri medicinam inventam appli-
cabit: ille vobis omnibus & singulis, qui hoc casu in mœ-
rore, luctu & lacrymis versamini, spiritum efficacissima
consolationis suae largiatur.


Nostris jam est Officii, Cives Academici, praesentia &
frequentia vestra hujus mellitissima Virgincula corpusculum
ad locum sua quiesse deducere & funus comitari: Date
hunc

bunc honorem pupae elegantissima, quae si adultior facta fuisset, velut praclarum sydus animi & corporis donibus affulisset. Tribuite hunc honorem etiam parentibus optimis ac maerissimis, de vobis & Academia hac bene meritis & indies bene merentibus, Deumq; ardentissimis sollicitate etiam mecum precibus, ut illi vulnere gravissimo, quod praedictis inflixit parentibus, suavissimum & salutare applicare remedium, eosq; efficaci, ex hoc luctu, solatio, paternè erigere dignetur; Date hoc quoq; meae petitioni atq; adhortationi. Inter eundem estote memores vestrae mortalitatis, cogitate serio de vestra etiam beata ex hac vita emigratione, Estote solliciti de Deo, per seriam poenitentiam, placando, ut ipse apud nos saeculus maneat nullis unquam saeculis interrumpendum, sitq; ille nobis pater & nos ipsi filii, ipsam etiam multis casibus & difficultatibus afflictam Academiam, tum & urbem hanc & provinciam universam Deo precibus vestris commendate & optimè valete.

P. P. sub sigillo Rectoratus die 13. Maij
ANNO M. DC. LXX.

Conventus fiet hodie in templo D. Jacobo
Sacro, hora prima.







ne caelo seu sempiterna animula ba-
mus, in gratiam Excellentissimi pat-
ris & Aui de Academia hac optime me-
vorem, preces & vota jungere votis,
ret, revocare hoc tam nobile caeli de-
David Rex Deo charissimus, qua-
lioli sui prolonganda vita? At e-
rat, nihil minus non obtento, quid a-
consolari: Nō revertetur, inquit, ad-
nunquid potero revocare eum ampli-
parentes imitabimini: Mor-
hoc? nobis omnibus moriendum erit,
genus quodcumq; est, quodcumq; erit,
morti damnatum est: At moreu-
maturā sed plane acerbā, antequam
Durum, fateor, verūm certō jam v-
dubitationis aleam in Abrahami sinu
mundana despiciat: quippe qui
hanc lucem, per aquam & Spiritum
inscripta fidelium, felix animula,
ne, desponsata fide, dotata Spiritu,
et atulā, ob gravia delicta & peccata
non potuit excidere: Lenite itaq;
summi patris a quo animo acceptam
ac patientiā cum Davide amplexari
vult & sanat, huic quoq; Vulneri mea-
sabis: ille vobis omnibus & singu-
lore, lacrimis & lachrymis versaminis
consolationis suscipere largiatur.

Nostrū jam est Officiū, Cives A-
sequentia vestra huius mellissimā
ad locum sua quissis deducere & fa-

loria: Velle
noratissimi
familia fa-
hoc profice-
frustra foret:
fudit pro fi-
um intende-
am se ipsum
d eū vadam,
māestissimē
vestra quid
a humanum
a Epist. 22.
on modo im-
e inceperat.
ra omnem
nescit, &
quam vidit
ata, Alboq;
risti sangui-
angelis, eā
dere divino
voluntatem
ortitudine
, qui vulne-
riam appli-
asus in mē-
efficacissima
resentia &
corpuseulum
: Date
hunc

